

49  
43

IN NOME JESU.  
DISPUTATIO INAUGURALIS  
UNIVERSÆ ENCYCLO-  
PÆDIAE SCIAGRAPHIAM  
BREVITER EXHIBENS.

QUAM

Ex consensu & approbatione Amplissime facultatis Philosophice  
in celeberrima Academia C. H. R. Istine & Aboënsi,  
Permagnifico Pro-Cancellario,

Admodum Reverendo ac Eminentissimo in Christo Patre,

DN. AESCHILLO PETRAE,  
S.S. Theolog. Doctore excellentissimo, & Dieccelis Abo-  
enii Episcopo gravissimo.

Magnifico Rectore,

Plurimum Reverendo Preclarissimoq. VIR O.

DN. M. GEORGIO ALANO, S.S. Theol.  
Professore Primario, nec non utriusq; Eccl. in hac Civitate cum  
annexâ Nummensi, Pastore dignissimo.

SUB PRESIDIO

Nobilissimi, Consultissimiq. VIR I.

DN. MICHAELIS GYLLENSEALPE/  
J. U. D. eximij, ejusdemq; ut & Phil. Pract. & Hist. Professoris  
Ordinarij celeberrimi, nec non Fac. Ph. p. t. Decani spectabilis,  
Præceptoris & promotoris sui reverenter suscipiendo.

Pro Gradi & Privilegijs Magisterij Philosophice obtinendis  
placida eruditorum acquisitioni submittit

ANDREAS THUR. KYROENSIS Finno.

Ad diem 6. Aprilis, Anno 1653.

---

A B O A,

In pressa apud Petrum Wald Acad. Typ. An. 1653.

Generosissimo atq; Nobilissimo DOMINO,  
**DN. LAURENTIO Creutz/**  
Hæreditario de Garfvelar/ Gafarij & Alhorsors &c.  
Districtus Aboënsis & Alandensis Dynastæ laudatissi-  
mo, nec non Collegij Metallici quod Holmiz est, Assessori  
Gavissimo, Musarum Patrono Magno, Domino  
ac Mæcenati meo gratiose.

Salutem & Benedictionem Divinam.

Multa illa tua rerum peritia, blandusq; gratia favonius  
quem Philosophie cultoribus inq; bis mihi, benignè aspi-  
ras, immortalem tibi apud eruditos laudem jampridem conci-  
liarunt, mibj temnes basce pagellas generosissimo tuo nomini  
inscribendi fiduciam fecerunt. Quas tantum abest in soluti-  
causam imputem, ut tenuitate illarum coram orbe palam profi-  
tear, non esse meanum virium, tam grandibus meritis, tam  
eximio favori parem refundere gratiam. Si igitur hoc loco  
eas estimaveris, jam perorata res est, nec amplius labore in  
causis tam audaculi conatus reddendis, quin potius gaudes me  
publicum grati animi testimonium generosissimis tuis manis  
bus depositisse. Deo, qui tuam C:em splendifissimo eruditioris dono  
ornatam rutilissimq; virtute clypeo munitam Patriæ nostra, cuius utilitati  
omnem tuam insulare operam jams diu sentimus, donavit, omni felicitate  
te cumulet, sociatq; in oculis ac luce Reip. die clarescere, donec sero cum  
sepotius luctu rebus humanis exemptus natali celo redoneris.

Gen:is Tue

Dicatisimus Clicens  
Andreas Thuronis Kyroënsis.

**J**USSUS à veneranda facultate Philosophica publici Speciminis loco aliquid in lucem proferre, Ego eruditis exhibere examinandum, cum materiarum ex abundantia Philosophiae recessibus ubere copiam prodeuntium, ac utilitate Ego jucunditate suā ambiguam invicem palmam reddentium quamnam sub incudem revocarem, anxius hæreremus: talis sententia brevissimam totius Encyclopædiae diabolice nefarum candidis censorum judicij exponere. Quod facturus, ut cordatos omnes fautores atque instituti approbatores spero: ita Zoilos tanquam responsione indignos contemtu Ego silentio dimitto, Sit itaque in Nominе S. Sancte Ego individua Trinitatis, diabolice nefaris.

## I. Grammaticæ.

**G**rammatica est ars bene loquendi & scribendi. Objectum internum seu considerationis Grammaticæ sunt notiones secundæ ad bene loquendum & scribendum facientes; Externum seu operationis literæ, syllabæ & voces cum simplices tūm conjunctæ constituunt. Unde rectè partes Grammaticæ 4. Orthographia, quæ de literis earumq; legitima in dictionibus compositione agit, Prosodia, quæ syllabarum quantitates certis Regulis determinat, Etymologia, quæ voces singulas in 8. Orationis partibus earumq; affectiones expendit, & Syntaxis, quæ vocum construendarum regulas tradit,

constituitur, utcunq; nonnulli duas priores hoc titulo  
indignos immerito patent. Ex Prosodia fluit Poëti-  
ca, quæ est ars faciendi orationem ligatam. Slut. Disp.  
1. in Log. Ram. Hæc agit de pedibus & carminum ge-  
neribus, de quibus in prosodia agere non est homoge-  
neum. Axiomata.

1. Precepta Grammatica exigenda sunt ad bonos Authores, non authoros exanimandi è Grammaticis.

2. Grammaticè, dum loquimur, semper loquemur, ne barbarismos vel folacismos committamus.

## II. Rhetoricæ.

Rhetorica est ars bene dicendi. Talem lib. 1. Rhet. cap. 1. Objectum ejus internum sunt notiones se-  
cundæ ad persuadendū tendentes, externum rō. 1. Arist. 1. Rhet. Sive res quævis. Dividitur à Slut. Disp. Log. 2. in Generalem quæ tantum orationem Tropis & figuris exornare, apteq; & decenter pronunciare docet, unde partes ejus Illocutio & Actio exsurgunt. Et specialem quæ Oratoria & Rhetorica forensis dicitur, atq; ars faciendi orationem solutam, definiri potest. Docetq; dis-  
ponere orationem in sex partibus, Exordio, Narratione,  
Propositione, Confirmatione, Confutatione & Epilogo,  
& argumenta ad cuiuslibet materiæ (hic quæstio appelle-  
latur) tractationem idonea, in quatvor causam generi-  
bus, Didascalico, Demonstrativo, Deliberativo & Judici-  
alib; invenire. Vide hujus partes doce inventio &  
Dispositio propullant. Axiomata.

1. In docendo proprietas sermonis, in persuadendo ornatum  
comprimis danda est opera.

2. Norma orationis Oratorij usus Rhetorum est, ad quæna-  
tura.

tura plurimusi conducit, cui etiam Rethores primi suam dicendi vim referre debent acceptam.

3. Divinum quiddam est esse Ciceronianum, nec tam omnes semper male dicit, qui secus dicit atque Cicero.

## III. Logicæ.

**L**ogica est ars bene differendi. Ram. lib. 1. Dial. Subjectum considerationis Logicæ sunt notiones secundæ ad bene differendum directæ, operationis vero omne Ens & non Ens'. Ut autem eò melius notiones secundas rebus imponere possit Logica, decem prædicamenta quæ rerum per certos gradus sunt dispositio[n]es, in præsognitis tractantur. Conrad. in Præcog. Dial. Rectè autem Ramus lib. 1. Dial. & cum eò multi secent Logicam in inventionem, quæ de argumentis inveniendis, cum Artificialibus tunc in artificialibus, & Judicium seu Dispositionem, quæ de disponendis argumentis ad bene judicandum, Ram lib. 2. Dial. est sollicita. Disponuntur autem argumenta vel in Axiomate, vel Syllogismo, vel Methodo, quæ semper procedit à facilitioribus & nobis notioribus ad difficiliora & nobis ignotiora, nam omnis quæ cum ratione suscipitur tractatio ē in πραγμάτοις γνώσται γνώσεως. Arist. 1. post. Anal. t. 1.

### Axiomata.

1. Ramus non tam sufficienter quam accurata Methodo suum conscripsit Logicam.

2. Consequentia legitima semper est bona. Ergo quando ex veris premisis falsa infertur conclusio, consequentia non est legitima. Ex veris enim non sequitur nisi verum, cum impossibile sit idem esse & non esse.

3. Individua numero different. Operatio Logica.

4. Cum dicitur, Christus est idem quæcunque, non est

## IV. Metaphysicæ.

**M**etaphysica est sapientia de ente quatenus ens est.  
Scarf. disp. Meth. I. th. 52. Objectum Metaphysicæ  
est Ens non consideratum notionaliter ut in Logica, sed  
realiter & scientificè. Partes Metaphysicæ sunt duæ  
Generalis & Specialis'. Illa Ens in abstractissimâ ratio-  
ne, & absolute indifferentiâ considerat, ejusq; affectio-  
nes expendit cum unitas easq; vel primariæ perfectum-  
unum, verum, bonum, vel secundarias durationem &  
ubietatem: tum Disjunctas, ut sunt necessarium vel  
Contingens, Independens vel dependens, Actus & po-  
tentia, Principium vel principiatum, Finitum vel infini-  
tum, &c. Hæc ens sub minori abstractione contem-  
platur & rerum summas classes Scarf. & Scheibl. species  
vocant, Combach. Summa rerum genera appellat, Sub-  
stantiam, Quantitatem, Qualitatem, Relationem, Actio-  
nem, Passionem, Quando, Ubi, Situm, Habitum cognos-  
cit. Huc etiam Horistica de objectorum determinati-  
one referenda est. Axiomata.

1. Non est ponenda conclusio in Metaphysica, quæ ex prin-  
cipio non sit deducta, aut saltem deduci posset. Primum autem  
principium est hoc, positum à Philosopho 3. Metaph. cap. 3, rō  
ārō ἀριθμῷ πέντε τοῦ οὐρανοῦ αὐτοῦ.
2. Unio realis non est sine proprietatum communicatione.
3. Presentia realis requirit indistinctiam.
4. Substantia singularis communicatione in subsistentia non  
tollit; Sed importat negationem communicationis καὶ μέδε-  
ίαν qualis est universalium suis inferioribus communicatio.

## V. Pneumaticæ.

Pneu-

**P**neumatica est scientia de spiritibus, in quantum  
propria eorum natura naturali lumine cognosci potest. Scarcet  
in procem. Pneum. Objectum ergo hujus disciplinae est  
spiritus, acceptus per substantia incorporea ac immates  
a corporei contradistincta quæ talis. Etiam haec su-  
um objectum vel in genere considerat ejusque affectiones,  
indivisibilitatem, immobilitatem illocalitatem, simplici-  
tatem intellectum &c. perpendit, unde nata est pars Ge-  
neralis. Vel in specie de singulis spiritibus cum inde-  
pendente & increato vlt. Deo, tum dependente & crea-  
to, Angelo & anima rationali, eorumque proprietatibus &  
operationibus strictim tractationem instituit. Axiom.

1. *Spiritus dum statuitur objectum Pneumatica, non com-  
prehendit sub se Daemones Platoniorum, nec formas materiales.*
2. *Deum naturali lumine cognoscimus, & colendum sci-  
mus. Plato inquit: Τί μα Θεὸν & Λύδαιο,*
3. *In Angelos cadunt accidentia.*
4. *Anima rationalis est Ens incompletum, attamen perfec-  
tum.*

## VI. Physicæ.

**P**hysica est scientia corporis naturalis quatenus na-  
turale est. Sperl. instit. Phys. Objectum ergo ejus est  
corpus naturale quatenus tale, quod cum duobus modis  
menti nostræ objiciatur, parit divisionem Physicæ in  
partem Generalem & specialem. Illa evolvit genera-  
lia corporis naturalis principia cum interna, Materialia  
nempe (etiam primam dextrè explicatam) & Formam,  
quæ in generabilibus per traducem propagari potestq;  
in toto, & totam in qualibet parte esse, si immaterialis sit  
statu. cum Sperling. instit. Pphys. lib. 2. c. 2. tum Externa,  
affici

efficientem putā & finem. Et Affectiones cūm unītas Quantitatem, Qualitatem, Locum, Tempus, tūm disjunctas motum & quietem. Hæc corporis natura-  
lis, species persequitur, & quidem illustratis corporibus  
simplicibus, aquis nimirū supracœlestibus, cœlo, stellis  
& 4. Elementis, tendit ad corpora mista explicanda. In  
quibus primum imperfecte mista effluvia scilicet, corūq;  
accidentia Meteora, ignita, aquæ spirituosa (quod & xi.  
stum maris referto) & Emphatica, post, præmissa princi-  
piorum chymicorum mentione, corpora perfecte mista  
cūm inanimenta, tūm animata eaq; vel vegetativa, vel  
sensitiva vel Rationale explanat. Axiomata.

1. Aqua non est inspissatus aér.
2. Ignis supra aërem dari rationes probant non fuscinea.
3. Aës maris excitatur à vaporibus, qui pro vario sole &  
luna motu provocantur & agitantur.

## VII. Arithmeticæ.

**A**RITHMETICA est scientia quantitatē discretam  
(numerum) contemplans. Calov. Encycl. Mathem. Ob-  
jectum igitur Arithmeticæ est quantitas discreta seu nu-  
merus. Dividitur in Generale & speciale. Genera-  
lis principia & affectiones numeri in genere considerat,  
estq; simplex quæ numerū cūm integrum tūm fractum  
obsq; comparatione considerat. Et comparata quæ ex-  
ponit rationem, cūm a qualitatē tūm in qualitatē, &  
proportionem numerorum cūm Arithmeticam quæ est  
æ qualitas differentiarū tūm Geometricam quæ est æ qua-  
litas rationum, estq; vel continua, in quā quæ est ratio  
primi ad secundum, ea secundi ad tertium, &c. Vel disjun-  
cta cūm simplex quæ possimū elucet in Regula aurea  
directa & inversa, tūm multiplex, quæ in Regulis socie-  
tatis,

tatis, alligationis & dopli occurrit. Specialis Arithmetica Logistica dicta est, vel subtilis quæ comprehendit Geometricam explicantem affectiones numerorum figuratorum, Alsted. Arithm. c. 6. (quorum præcipuos Clariss. Kexlerus in Arithmet. Geod. proponit) Geodeticam numerationem in partibus decimis instituentem, & Astronomicam calculos coelestes in partibus sexagesimis peragentem. Vel vulgaris quæ mensurarum computationem instituit. Axiomata.

1. Unitas & numerus & principium numeri diverso respectu dici potest.

2. Quando numeros in duas partes utcunq; dividitur, erunt partium quadrata una cum duobus partium rectangulis, aequalia quadrato totius. 4. prop. 2. Eucl.

## VIII. Geometriæ.

Geometria est scientia de quantitate continua.

Calov. in Encycl. Mathem. Objectum igitur hujus scientiæ est magnitudo actu finita, Rever. præc. Kexl. dicitat. Geom. lib. 1. Principia non essendi (quorum materiale est punctum Alsted. Adm. Math. lib. 3. c. 1. signum in magnitudine individuum i. def. 1. Encl. formale terminorum conjunctio Galov. loc. cit.) sed cognoscendi sunt propositiones primæ & generales, ex quibus aliæ deducuntur, quales sunt definitiones, postulata & axiomata, Clar. Kexl. loc. cit. per quas affectiones, rationalitas, contactus, sectio, commensurabilitas, congruentia, ascriptio, &c. de subjecto, cuius species sunt linea, superficies & corpus demonstrantur. Unde nascuntur propositiones qua vel Theorematum (quale est hoc: Triangula æquilatera sunt æquiangula 8. prop. 1. Eucl.) quibus post demonstrationem additur, ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Vel problema.

blemata (quale est hoc: Si duæ peripherie æquales à ter-  
minis datae rectæ utrinq; concurrent, recta per concur-  
sus bisecabit datam 108. i. Eucl.) quorum demonstratio-  
nem claudunt verba ὅτε εδει ποιησεν. Huc spectat Ge-  
odæsia, quæ vel ratiocinatione, vel beneficio instrumen-  
torum, qualitatem omnium rerum explorat, fundamen-  
ta habens propositiones Geometricas. Referenda eti-  
am hic est Trigonometria quæ est doctrina de dimensi-  
one & solutione Triangulorum. Clariss. prec. Kexl.  
*Trigon. lib. 1.* Axiomata.

1. Geometriam ut & Arithmeticam propriè loquendo di-  
cere Practicam est facere Εὐλογίαν.

2. Radius in calculo Trigonometrico pro ratione subjecta  
materia varius assumitur.

## IX. Opticæ.

**O**ptica est scientia radiatura visiva. Rever. Kexl.  
*opt. lib. 1. c. 1.* Objectum igitur hujus scientiæ est ra-  
diatura visiva, quæ vel consideratur generaliter, unde  
pars opticæ generalis visibile ac visionem in genere con-  
templans. Vel specialiter undè pars specialis, explo-  
rans radiaturam ac visionem, 1. Rectam sive simplicem,  
quæ radij perpendiculares, in medio non fracti aut cur-  
vati, è visibili in oculum videntis deferuntur. 2. Com-  
positam seu germinatam ubi radij curvantur in medio &  
quasi germinantur, eamq; vel Reflexam quæ sit per radi-  
um reflexum & à densiore corpore repercussum, angu-  
lo reflexionis semper existente æquali angulo inciden-  
tiæ (hujus doctrina appellatur Catoptrica) vel Refra-  
ctam, cum radij in duo diversa media incidentes incur-  
viantur & franguntur, adeò ut res visa non appareat in  
suo justo loco, & per consequens quantitas ejus per hanc  
visio-

visionem explorari nescit (Hujus doctrina Mesoptica audit.) Principia Opticæ suppeditat Geometria, tanquam disciplina subalternans. Axiomata.

1. Controversia de maculis solis non dum est composita.
2. Lux fortius illuminat objectum propinquius.
3. Si in cubiculo undiq; clauso ē regione relicta rimule sus-pendatur à tensi filo speculum cylindraceum, & foris ad ri-mam illam ponatur, vel imago picta, vel larvia vel puerulus, imago valde monstrosa instar spectri infernalis pendens in cubi-culo videbitur.

## X. Musicæ.

**M**usica est bene canendi scientia. Alst. in Adm. Math. Objectum ejus est numerus quā sonorus, seu cantilena harmonica. Calov. comp. Mus. Ejus pars generalis affectiones cantus in genere considerat, ut sunt notæ mensurantes vocem & silentium, sonus ubi voces ut re mi fa &c, claves & lineæ parallelæ, Mutatio, contra-punctus simplex & coloratus ubi concordantiae & discon-dantiae, intervalla seu modi, Doricus, hypodoricus, Phry-gius, hypophrygius &c. & toni proponuntur & expli-cantur. Specialis pars Musicæ agit de Musica vocali cum Chorali tūm figurali, & instrumentalī, Axiom.

1. Nostra Musica, artificio cantus harmonici, variis vocum Symphonias suavissimi prisorum illi, quā Asclepiades, Damon, Tales Cretensis, Terpander Thebanus, Empedocles &c. affectus potenter movisse dicuntur, prae-fenda est.

## II X. Astronomiæ.

**A**stronomia est scientia corporum cœlestium motus, & ex motibus tempus quodvis scrutans & expli-cans. Exc. Kexl. Ast. p. 1. c. 1. Objectum itaq; Astronomiæ sunt stellæ, quatenus certis legibus moventur, &

motibus suis tempus determinantur. Unde non tantum pars Astronomiae communis, de motu stellarum communis agens, & propria motum proprium explanans (quæ partes propriæ Astronomia dicuntur) sed & Computus Astronomicus (cum simplex tunc mixtus) Tempus ex motibus cœlestibus præsertim luminarium, distingvens, huc, ceu ad fontem trahendus est. Principia quibus Astronomia motum, quantitatem & situs de stellis demonstrat, petit ex Arithmeticâ & Geometriâ. Huic affinis est Astrologia quæ de influentijs syderum discerit & futuros eventus prædicti. Partes habet duas, quarum quæ Generalis est stellarum vires & locorum Zodiaci proprietates proponit. Specialis verò tempestatus prognostica, & electiones proficit, in quâ copiose & valde prolixè de Genethliacis sive iudicijs nativitatum tradidit vulgus Astrologorum, curiosum nimis iudicio Rev. Kex Astrolog. lib. 1. c. 1. & etiam nostro. Axiomata.

1. Stella omnes non sunt æqualis magnitudinis.
2. Astronomus in supputatione motuum cœlestium assumit hanc hypothesis quod terra moveatur.
3. In Eclipsibus prater motus longitudinis ☽ & Luna ☾ latitudinis luna, accurate notanda veniunt perallaxes longitudinis & latitudinis luminarium. Etsi enim sol reverâ nullam habet latitudinem ab Ecliptica, propter illam tamen distantiam, que est inter centrum terra & oculum nostrum eam habere videtur, propter quam etiam longitudine Solis, sicut & longitudine & latitudo luna variari videntur.

## XII. Geographiæ.

Geographia est de terræ dimensione, & inde ortâ distinctione scientia. Calov. Comp. Geogr. Objectum igitur est globus terrenus, terram & aquam complectens, quatenus

quatenus mensurabilis & quantus. Pars hujus disciplinae  
generalis tribus absolvitur 1. Affectionibus, magnitudine (soliditas terrae invenitur 2656371600. mill. Germ.  
cub. ex superficie convexa 9277200. mill. Germ. quad.  
qua<sup>e</sup> provenit ex perimetro 5400. mil. Germ. inventa per  
multipl. 15. milliarum upi gradui coelestic<sup>i</sup> corresponden-  
tium in 360. gr. quibus constat Circulus, & Diametro in-  
venta per regulam auream 1718 <sup>2</sup> <sub>11</sub> mill. Germ:) Figurā  
rotundā, situ, qui in medio mundi, & immobilitate. 2.  
Divisionibus generalibus. 1. In circulos majores & min.  
seu parallelos nominatos & innomin. 2. In 5. Zonas. 3.  
In Climata 24. Septentrionalia, & totidē anticlimata Me-  
ridionalia, horum tabulam inter multos habet Alsted. adm.  
Mat. p. 273. Et Cluverius in introd. Geogr. p. 24. 4. In  
Sphæram, rectam, obliquam & parallelam. 5. In car-  
sinalem (Oriental. Occid. Sept. Merid.) & intermediate.  
6. Ex umbris in Amphiscios, Heteroscios & Periscios.  
7. In longitudinem, qua<sup>e</sup> à primo meridiano per insulas  
Acores transeunte numeratur in æquatore, cùm univer-  
salis, qua<sup>e</sup> hodiè est 340. gr. tūm particularis, & latitudinē  
qua<sup>e</sup> ab æquatore in meridiano versus alterutrum polo-  
rum numeratur, itidem vel particularis, vel generalis  
qua<sup>e</sup> hodiè est 133. gr. scil. ad septent. 81. gr. ad Mer. 52 g.  
8. In periœcos, antœcos & antipodes. 9. Repræsen-  
tatione vel in globo materiali, vel mappis cùm universa-  
libus tūm particularibus. Pars specialis Geographie  
absolvitur Hydrographia, aquæ cùm prima tūm ortæ, &  
Geographia strictissime sic dicta, seu dimensione terræ  
cognitæ & incognitæ. Axiomata.

1. Data die longissimo clima cui subiacet, & parallelam cui adiacet das-  
sus locus, facile est determinare. Excessus enim longissimi diei suprà 12.  
horas duplicatus exhibet clima, quadruplicatus etenim parallelam. V.g.  
Ab eo dies longissimus est 19. fere hor. Ergo dies est sub 14. clima, si ex  
parallela 18.

2. Longitudo & latitudo loci, ex Mappis hoc modo capiuntur. Trans-  
eat situm locum inventum, & qui gradus ex marginibus ab occasu in ortum  
extensis tangentur, dat longitudinem, qui vero gradus marginum inter meridi-  
em & septentrionem, a filo stringitur, dat latitudinem loci.

## XIII. Architectonicae.

**A**rchitectonica est scientia quantitatem & Symme-  
triā corporis artificiosi contemplans. Calv. Comp. Archit.  
Hæc plures habet partes, Mechanicam, Hercotectoni-  
cam seu fortificatoricam, Gnomonicam, Automaticam,  
Agalmatopæticam, neopæticam & Architectonicam  
in specie dictam, quæ omnes ad artes manuarias per-  
tinent ratione usus, & propterea è regno scientiarum ad ar-  
tium provinciam sunt sequestrandæ; quatenus vero ex  
principijs mathematicis subjectum suum demonstrant,  
rectè scientiæ Mathematicæ salutantur. Ad hoc discri-  
men observandum notetur definitio M. Vitruvij, iudicio  
Rev. præc. Dn. M. Kexleri Architectonicae haut inconve-  
niens, quod sit scientia pluribus disciplinis & varijs erudi-  
tionibus ornata, cuius iudicio prebantur omnia, quæ  
a ceteris artificiis perficiuntur opera. Axiom.

1. Centrum gravitatis seu ponderis est punctum medium linea recta divi-  
denti corpus in partes aquæ graves. Itaq;

2. In centrum gravitatis pendet corpus quocunq; modo constitutatur.

3. potentia quæ remotor est à Hypomochlio, eo minor requiritur ad sus-  
tineendum pondus.

4. Architectus est vir bonus & fiducium constituendi rationem doctus,  
alii in Archit. Unde multa in eo requiritur peritia.

## XIV. Ethicæ.

**E**thica est prudentia de virtutibus & bonis mori-  
bus agens. Nobilissimus Praes Collegij Ethici Disputatio-  
ne 1. Thesis 3. Objectum igitur adæquatum Ethicæ est  
homo civilitè beatus. Nobiliss. Praes: fascic. q. Eth. q. 15.  
In prima parte agit de summo bono civili, quod in con-  
tinuata

tinuata virtutis actione consistit. In secunda de subje-  
cto anima ejusq; facultatibus, objecto, & causa efficiente  
virtutis, in tertia de virtutib; cum perfectis tum imperfe-  
ctis, & Heroica, cui subiungit loco appendicis tractatum de amicitia. Ax.

- 1 Omnis appetunt bonum.
- 2 Non sunt facienda mala ut eveniant bona.
- 3 A Summo bone non oritur malum.

## XV. Oeconomicæ.

**O**económica est prudentia familie constituenda & adminis-  
tranda. Nobil. Praef. præcog. Oecon. 4. Generalis eis  
pars in genere familie constitutionem ex tribus perso-  
narum societatibus conjugali, Paternâ & Herili; Et rebus  
ijsq; vel animatis vel inanimatis, Mobilibus vel immobi-  
libus: Et constitutæ administrationem, singulis personis  
competentia munia assignando, edocet. Specialis hu-  
jus vel illius, Regis, Baronis &c. familie constitutionem  
& rectionem gubernat. Axiomata.

- 1 paterfamilias in domo Monarcham representat,
- 2 Marito in uxorem truculenta sevita non est permittenda.

## XVI. Politicæ.

**P**olitica est prudentia Remp. ad honestatem & vitam beatam  
durabiliter ordinandi. Nobil. Praef. Disp. pol. 1. th. 6. Agit  
igitur Politica de fine qui consistit in pace & internâ seu ho-  
nestate publicâ, de objecto cum Materiali civitate, tum  
formali Republica ejus; speciebus, Monarchia, Demo-  
cratia, & Aristocratia, de imperarib; & obedientib; de  
legib; bello & pace, federib; legatis, comitijs & convé-  
tibus, de corruptionib; & curationibus Rerump. qua o-  
mnia amplis voluminibus tractari vellunt, nec hic ulteris  
propter angustiam pagellarum possunt diduci. Axiom.

- 1 Regnum Svecie est Monarchicum Aristocracia optimè  
conunitum & plebia libertate firmatum. Nob. Praef. D. pol. 2. th. 6.

SOLI DEO GLORIA.

Præstantissima atq; Humanissimo,  
DN. ANDRÆ THURONIS,  
S. R. M. tis Stipendiario, pro Gradu in Philosophia  
Summo accurate disputanti.

Cogis in Angustem libris dispersa sephoram  
Dogmata permultis, & methodo facilis  
THURONIDES Juvenis polles arte ingenioq;  
Ætatem superans sedulitate tua.  
Virtutis meritum, sertum nomenq; Magistri  
Expeditis, hoc cupio cedere ritè tibi.

L. M. q; Honoris & Amoris Ergo  
ÆSCHILLUS PETRÆUS  
Ep. Ab.

---

Sic tandem assiduos comitantur magna labores  
Præmia, quæ Doctus donat Appollo tibi.  
Gratulor ista tibi, preeor hinc ut gloria surgat  
Æterno Domino, post Patriæq; decus.  
Preceptoris suo gratulabundas posuit  
JOHANNES KLEINSMITH.

Juvenis, literarum pariter & virtutum decore insigni, Antico & Convictori  
suo singulariter dilecto, Dn. ANDRÆ THURONIS philosofo  
philæ Candidato meritissimo, pro Gradu in philosophia summo  
publice & pergregie disputanti,

Es Sapiens, prudens nam res intelligis altas  
Deliciae charitum, Flos juvenumq; Jubat,  
Omnes & Sophiae didicisti sedulus artes,  
Extabis Patriæ charus, & ipse mihi.

Ita L. M. q; gratulabundus appludebat  
LAURENTIUS VIGELIUS  
R. I. Ab. Actuarius.